

se habere dicebant¹ — sine consilio et para bola Mediolanensium consulum deinde in antea nullatenus venderet nec alio aliquo modo in alium transferret; alioquin qui contra hoc preceptum ageret, tam emptor quam venditor, utrique ipsi et eorum res in bannum publice forent...²

Cardinales utrique misericordia commoti — ea, que audierunt Mediolanenses Laudensibus exigere, valde eis displicuerunt, ac ea, que Laudenses Mediolanensibus velle facere audierunt, bene eis complacuerunt — habentes etiam pro nihilo³ et in maximo detrimento reputantes, quod tam inique tam indecenter Mediolanenses erga Laudenses se habebant, quod Laudenses ad tam iniquum periurium cogere publice conabantur: promiserunt namque⁴ eis⁵, quod statim, ut⁶ Mediolanum pergerent, ex toto corde eos⁷ rogarent et, si precibus obtemperare noluerint, quod ex parte Dei et domini⁸ eis⁹ inberent, quatenus ad hoc iniquum periurium eos¹⁰ nullatenus compellerent, sed, si velint illud sacramentum recipere, quod Laudenses eis facere promiserant, in pace reciperent; dicentes et, quod illud, quod eis facere promiserant,

deinceps sine consilio et licentia consulum Mediolanensium aliquatenus venderet nec aliquo alio modo in alium transferre presummeret; contra quod preceptum si quis faceret, tam emptor quam venditor, in bannum publicum ponerentur...²

Cardinales autem misericordia moti ad ea, que sibi Laudenses de Mediolanensibus retulerunt,

et pro nimis gravi reputantes ea, que Mediolanenses a Laudensibus sibi fieri requirebant, specialiter periurium tam indecens et iniquum, promiserunt eis, quod, quam cito Mediolani quo tendebant essent, statim pro eis ipsos Mediolanenses precarentur quantum possent. Qui sieorum precibus obtemperare nollent, ex parte omnipotentis Dei et domini pape ipsis preciperent, quod ipsos Laudenses aliquatenus non compellerent ad huiusmodi periurium faciendum, sed pacifice reciperent illud sacramentum a Laudensibus eo modo quo facere volebant; quia hoc eis non solum satis esse,

¹) Subjekt sind in diesem Nebensatz nicht wie bisher die Lodesen, sondern die Mailänder! ²) MG. SS. 18, 598 Z. 24 ff. (N. x ff.: Z. 52 ff.). Man beachte in *L* das grammatikalisch falsche *in bannum forent*, was *M* in *in bannum ponerentur* ändert. ³) Vielleicht ist *pro nimio* zu lesen (vgl. *M*: *pro nimis gravi*). ⁴) In der Bedeutung von *itaque*. ⁵) Den Lodesen. ⁶) In der Bedeutung von 'sobald als' (vgl. *M*: *quam cito*). ⁷) Die Mailänder. ⁸) Hier fehlt *pape* (vgl. *M*). ⁹) Den Mailändern. ¹⁰) Die Lodesen.